



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXV. De derisione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

riali obiecto: & ideo ratione finis susurratio est gra- uior, quam uis detractor quandoque peiora dicat.

AD SECUNDVM dicendum, quod fama est dispo- sitio ad amicitiam, & infamia ad inimicitiam. Dispo- sitio autem deficit ad eam, ad quod disponit: & ideo ille qui operatur ad aliquod, quod est dispositio ad inimicitiam, minus peccat, quam ille qui directe ope- ratur ad inimicitiam inducendam.

AD TERTIVM dicendum, quod ille qui detra- hit fratri, in tantum videtur detrudere legi, inquan- tum contemnit preceptum de dilectione proximi. contra quod directius agit, qui amicitiam destrum- pere nititur. Vnde hoc peccatum maxime contra Deum est, quia Deus dilectio est, ut dicitur 1. Io. 4. & propter hoc dicitur Proverb. 6. Sex sunt quae odit Dominus & septimum detestatur anima eius: & hoc septimum ponit eum, qui seminat inter fratres discordiam.

¶ Super quatuor septima- gesime quinte arti- culum primum.

QVAESTIO LXXV.

De Derisione in duos articulos diuisa.

IN articulo utroque simul questio. se- ptuagesime quinta nota primo, quod ali- de habet irrisio di- stinctionem ab aliis peccatis verborum contra proximum, & aliunde habet graui- tatem. Na distinctio- nem habet a fine ma- lo, ad quem directe tendit, scilicet ab eru- bescentia, & confu- sione, quam intendit causare in proximo. Grauitatem vero ha- bet a contemptu pro- ximi maiore in mo- do iocoso, quam se- rio.

¶ ENDE considerandū est de derisione. ¶ ET CIRCA hoc quaeruntur duo.

¶ Primo, Vtrum derisio sit pecca- tum speciale, distinctū ab aliis pec- catis, quibus per uerba nocumen- tum proximo inferitur.

¶ Secundo, vtrum derisio sit pec- catum mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum derisio sit speciale peccatum ab aliis praemissis distinctum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod derisio non sit speciale peccatum, ab aliis praemis- sis distinctum. Sublannatio. n. ui- detur idem esse quod derisio: sed sublannatio ad contumeliā uide- tur pertinere. ergo derisio non ui- detur distingui a contumeliā.

¶ 2. Praet. Nullus irridetur, nisi de aliquo turpi, ex quo homo erube- scit: huiusmodi autem sunt pecca- ta, quae si manifeste de aliquo di- cuntur, pertinent ad contumeliā: si autem occulte, pertinent ad de- tractionem, siue susurrationem. ergo derisio non est uitium a praemissis distinctum.

¶ 3. Praet. Huiusmodi peccata di- stinguuntur secundum nocumē- ta, quae proximo inferuntur: sed per derisionem non inferitur aliud nocumentum proximo, quā in honore, uel fama, uel detri- mento amicitiae: ergo derisio non est peccatum distinctum a praemissis.

SED CONTRA est, quod derisio sit ludo, unde & illatio no- minatur: nullum aut praemissoru- ludo agitur, sed serio. ergo derisio ab omnibus praedictis differt.

¶ Super

RESPON. Dicendum, quod derisio est peccatum uerborum praecursum intentionem proferentis: & ideo secun- sa quae quis intendit contra alium loquen- modi peccata distinguuntur. Sicut autem uiuando intendit conuittari honorem & detrahendo dimouere famam, & intulere amicitiam: ita etiam irridendo aliquis quod ille qui irridetur, erubescat. Ergo est distinctus ab aliis, ideo etiam peccatis distinguitur a praemissis peccatis.

AD SECUNDVM dicendum, quod derisio & irrisio conueniunt in fine, sed differunt quia irrisio fit ore, id est, uerbo & contumel- tio autem naso rugato, ut dicitur 1. Petri 2. Qui habitat in caelis, irridebit eos. Talis ferentia non diuersificat speciem uitium: differt a contumelia, sicut erubescencia a- tione. Est enim erubescencia timor debita- situr Damasc. dicit.

AD SECUNDVM dicendum, quod de opo- fo aliquis apud alios & reuerentiam me- mam, & apud seipsum bonae conscientiae secundum illud 2. ad Corinth. Gloriam est, testimonium conscientiae nostrae. Vn- fo, de actu turpi, id est, uisioso, quod aliis- litur hominis honor, & fama ad hoc sus- sus, & detractor turpia de alio dicitur. aut per turpia, quae dicuntur, aliquis perdit gloria per quandā confusionem, & contu- & ad hoc turpia dicit derisor. Et hoc quod- cōdicat praedictis uitiis in materia, differt.

AD TERTIVM dicendum, quod derisio & quies illius magnum bonum est, secun- Prou. 15. Secura mens quasi iuge conuul- qui conscientiam alicuius in quietat. contu- sum, aliquid speciale nocumentum est derisio est peccatum speciale.

ARTICVLVS II.

Vtrum derisio possit esse peccatum mortale.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod derisio non possit esse peccatum mortale. ne enim peccatum mortale contrariatur: sed derisio non ut contrariari charitatem ludo quāque inter amicos, unde & derisio- tur. ergo derisio non potest esse peccatum mortale. ¶ 2. Praet. Derisio illa uidetur esse peccatum iniuriā Dei: sed non omnis derisio, quae iniuriā Dei, est peccatum mortale: alioquin- que recidiret in aliquod peccatum mortale: panituit, peccaret mortaliter. Dicitur enim quod irrisor est, & non panitens, qui ad hoc- nitet. Similiter & sequeretur, quod contumel- esset peccatum mortale: quia, sicut Greg. dicit- ral. Per struthionem significatur illud, quod- det equum, id est, hominem iustum, & deri- id est, Deum. ergo derisio non est peccatum mortale.

¶ 3. Praet. Contumelia, & detractio uisio- uiora peccata, quam derisio, quia minus er- liquid serio, quā ioco: sed non omnis derisio- melia ē peccatum mortale ergo multo minus- ridet illudores: sed deridere Deum, est peccatum mortale, ut patet per illud in Psal. 2. Qui habitat in caelis, irridebit uisio est peccatum mortale.

RESPONDEO. Dicendum, quod irrisio non fit nisi de aliquo malo, vel defectu. Malum autem, si sit magnum, non pro ludo accipitur, sed seriose. Unde si in ludum, vel risum vertatur, ex quo irrisiois vel illusionis nomen sumitur, hoc est quia accipit ut paruum. Potest autem aliquod malum accipi, ut paruum, dupliciter. Vno modo, secundum se: alio modo, ratione personae. Cum autem aliquis alterius personae malum, vel defectum in ludum, vel risum ponit, quia secundum se paruum malum est, est ve niale, & leue peccatum secundum suum genus. Cum autem accipitur quasi paruum ratione personae, sicut de deficiis puerorum, & stultorum parum ponderare solent, sic aliquem illudere, vel irridere, est cum omnino paripendere, & cum tam vilem estimare ut de eius malo non sit curandum, sed fit quasi pro ludo habendum: & sic derisio est peccatum mortale, & grauius quam contumelia: quae similiter est in manifesto, quia contumeliosus versus accipere malum alterius seriose, illud autem in ludum, & ita videtur esse maior contemptus & de honoratio. Et secundum hoc illud est graue peccatum, & tanto grauius, quanto maior reuerentia debetur personae, quae illuditur. Unde grauius est irridere Deum, & ea quae Dei sunt, secundum illud Isaia 37. Cui exprobrasti? & quem blasphemasti? & super quem exaltasti vocem tuam? & postea subditur. Ad sanctum Israel. Deinde secundum locum tenet irrisio parentum: unde dicitur Prover. 30. Oculum, qui subannat patrem, & despicit partum matris suae, effodiant eum corni de torrentibus, & comedant eum filii aquae. Deinde iustorum derisio grauis est, quia honor est virtutis praemium, & contra hoc dicitur Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas: quae quidem derisio valde nociva est, quia per hoc homines a bene agendo impediuntur, secundum illud Grego. Qui in aliorum actibus exortiri bona respiciunt, mox ea manu pestiferae exprobrationis euellunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ludus non importat aliquid contrarium charitati respectu eius, cum quo luditur: potest tamen importare aliquid contrarium charitati respectu eius, de quo luditur, propter contemptum, ut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod ille qui reciduat in peccatum de quo poenituit, & ille qui simulat, non expresse Deum irridit, sed quasi interpretatiue, in quantum scilicet ad modum deridentis se habet. Nec tamen uenialiter peccando aliquis simpliciter reciduat, uel simulat, sed dispositiue, uel interpretatiue.

AD TERTIUM dicendum, quod derisio secundum suam rationem, leuius aliquid est, quam detractio, uel contumelia: quia non importat contemptum, sed ludum. Quandoque tamen habet maiorem contemptum, quam contumelia, ut supra dictum est, & tunc est graue peccatum.

QVAESTIO LXXVI.

De maledictione in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de maledictione. Et circa hoc quaeritur quatuor.

¶ Primo, Vtrum licite possit aliquis maledicere homini.

¶ Secundo, Vtrum licite possit aliquis maledicere irrationali creaturae.

¶ Tertio, Vtrum maledictio sit peccatum mortale.

¶ Quarto, De comparatione eius ad alia peccata.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum liceat maledicere aliquem.

AD PRIMUM sic proceditur.

Verum, quod non liceat maledicere aliquem. Non est enim licitum praeterire mandatum Apostoli, in quo Christus loquebatur, ut dicitur 2 ad Corin. 13. sed ipse praecipit Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere: ergo non licet aliquem maledicere.

¶ 2 Praeterea. Omnes tenentur Deum benedicere, secundum illud Dan. 3. Benedicite filii hominum domino: sed non potest ex ore eodem procedere benedictio Dei, & maledictio hominis, ut probatur Iacob. 3. ergo nulli licet aliquem maledicere.

¶ 3 Praeterea. Ille qui aliquem maledicit, versus optare eius malum culpae, uel poenae, quia maledictio videtur esse imprecatio quaedam: sed non licet desiderare malum alterius, quinimo orare oportet pro omnibus, ut liberentur a malo: ergo nulli licet maledicere.

¶ 4 Praeterea. Diabolus per obstinationem maxime subiectus est malitiae: sed non licet alicui maledicere diabolum, sicut nec seipsum. dicitur. Eccl. 1. Cum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam: ergo multo minus licet maledicere hominem.

¶ 5 Praeterea. Numer. 23. super illud, Quo maledicam, cui non maledixit Dominus, dicitur. Non potest esse iusta maledictio causa, ubi peccantis ignoratur affectus: sed homo non potest scire affectum alterius hominis, nec etiam utrum sit maledictus a Deo: ergo nulli licet aliquem hominem maledicere.

SED CONTRA est, quod Deute. 27. dicitur. Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius. Eliseus etiam pueris sibi illudentibus maledixit, ut habetur 4. Reg. 2.

RESPONDEO. Dicendum, quod maledicere idem est, quod malum dicere. Dicere autem tripliciter se habet ad id, quod dicitur. Vno modo, per modum enuntiationis, sicut aliquis exprimitur modo indicatio, & sic maledicere nihil aliud est, quam malum alterius referre, quod pertinet ad detractioem: unde quandoque maledici detractores dicuntur. Alio modo, dicere se habere ad id, quod dicitur per modum causae: & hoc quidem primo, & principaliter competit Deo,

iter, & materialiter: & quod quandoque est peccatum mortale, & quod ueniale. Nam maledictio formaliter est ex suo genere mortale, ut patet. Materialiter autem si fit operatiue, non est mortale: si uero fuerit imperatiue, potest esse mortale. Et ratio diuersitatis est, quia praeter intentionem operatiue maledicentis, uerbum legitur, quod nec ex intentione, nec ex opere. Imperatiue autem quandoque legitur ex opere mini stri obloquentis, quibus non ex propria intentione. Dixi autem, ex suo genere, quia propter imperfectionem actus, siue ex parte obiecti, ut si parum malum operetur, uel imperet: si ne ex parte operantis, ut si ex ira aut alia passione maledicatur quamuis affectu tendat in malum, quia non ex consensu rationis in malum tendit, deficit a perfecta ratione peccati, sicut in ceteris peccatis ex suo genere contingit, ac per hoc non est mortale, ut in articulo 3. dicitur. Et hinc patet, quod maledictiones filiorum a parentibus, quae non transeunt guttur, non sunt mortalia peccata. Dicitur tamen haec inter tempus passionis, & tempus quietis, ne fallans. Et sciendum, quod ex hoc, quod maledicentis post transacta passione doleret, si ueniret malum, quod optauit, non propterea signum est, quod fuerit peccatum ueniale maledictio, aut quod non ex intentione maledixerit: quoniam si tempore irae, aut aliter passionis transiit in malum passio, ut portione superioris ad contentum maledictionis flexerit, mortale peccatum est: sicut cum passio concupiscentiae tantum exarsit, quod trahit ad consentum in actu uenerit. Oportet ergo ad ipsam passionis rem plus inspicere, an tunc maledicentis consensu fuerit, hoc est, uoluerit perire, quod sic effectus dicebat, an non. Hoc enim tempus infallibiliter ostendit, an mortale, an ueniale fuerit. Tempus autem

4. di. 18. q. 2. art. 1. q. 2. ad 1. Et tunc. q. 2. art. 8. ad 10. & 15. Et Psalm. 5. Et Ro. 11. & 12. c. 16. 3.

Est Originis Hom. 15. in Num. 22. sum a maledictio. rom. 1.

Super Quaestiois septuagesime sextae articulo primo. In q. 76. nota ex 1. articulo eundem, quod fit proprie maledictio, si dicere malum in quantum malum, alicui ex intentione. Et ex hoc oritur, quod maledictio, sicut alia supradicta peccata, distinguitur in maledictionem formalem